Urbanus Sacchettus

Protonotarius Apostolicus vel ejus Sanctitatis Domini Nostri Papæ Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, Romanæ Curiæ Causarum Camerarii et extra Urbem ejusdem Domini Nostri Papæ specialis Deputatus. **Noverint** Universi et singuli hæc visuri, audituri, legituri, legi videri audiri et audituri qualiter die hodierna unus ex Domino Nostro Papa Cursoribus citatus fuit in scriptis se die prima Augusti hujus anni et ad instantiam D. Jo: Blanchetti Agentis cum et Domino Cardinali de Vidi pro suis citatis coram nobis, sive pro tribunali nostro per acta infrascripti Notarii D. Jo: Antonius Lazzarium ad instantiam D. Francisci Dominici et aliorum Heredum ejusdem D. D. C. ad videndum prorogari terminum in suis Mandatis conceptum ad effectum examinandi testes in partibus, qui sit lapsum, et novum terminum concedi, et præterea videndum sibi prohibere ad statim ac interim, et quandocumque sub pena nullitatis, attentatorum, aliique pœnis duxerit et aliquid attentari, seu innovari, et decernendum opportuna fieri ad p. D. Quia quidem die et hora unus solitus auditor adventus Rel. D. Jo: Franciscus Cancellierus Prior, et petitis, ac per nos, sive per Notarium infrascriptum obtinuit prorogari per alias quindecim dies omnia quæ omnia et singula vobis vobis, et singulis et cuilibet prout prohibuimus significamus, notificamus, et ad vestram notitiam deducimus ne de eis ullo unquam tempore ignorantiam aliquam allegare seu prætendere valeatis. In quorum fidem dat. Romæ et Curiis nostris hac die secunda Septembris millesimo sexcentesimo septuagesimo nono, Ind. 2a. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno eius 3o.

Prot. Joseph Ant. Gallecchus

Joseph Sacchetti

Ab. m. fol. 62

Vacat

Vacat

Indecenti

Pro
o Cap. José Blanchuto
Com
o Van Costeiro
Rio 6 Fevereiro 1879
José Bernardo da Silva

ARQUIVO HISTÓRICO